In AUTHENT. de non alien. §. quia vero cognovimus. col. 2. tit. 1. seu Nov. 7. c. 11. & in auth. de alien. & emph. §. & quoniam. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 7.

Multò [1] magis prohibetur ipsius Monasterii alienatio, qua redeat in antiquum statum, & secularem usum.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. si vero non sint. versi. œconomis. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 5.

Quibuscunque [2] modis hoc jus aliis permittitur: interdicitur certis personis, res hujusmodi accipere, ut Oeconomo, ejusque cognatis: alioqui bona eorum & Oeconomorum, & ordinatorum, quibus conjuncti sunt, post mortem eorum pervenient ad Ecclesiam, de qua rem accipiunt.

In AUTHENT. de non alien. aut permut. §. quia vero Leonis. col. 2. tit. 1. seu Nov. 7. c. 5. & col. 9. tit. 3. de alien. & emph. §. Si vero præter hæc. seu Nov. 120. c. 11.

Qui res jam dictas non [3] gratuito alienationis titulo citra [4] formam legis [5] accepit; rem quidem cum omni incremento medii temporis restituat: ejus autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum [6], sed adversus eum [7], qui alienavit, habet. † Donatarius [8] autem & rem cum omni causa, & fructum restituat, & aliud tantundem.

† Creditor quoque, restituta re pignorata, crediti actionem contra solum pignoris datorem habeat. † Emphyteusis acceptor, & ab ea cadat: nec quod dedit repetat: immo statim solvat, quod soluturus esset uno quoque anno, si jure contraxisset: sed melius dicitur, omnimodo denegandas esse actiones hujusmodi acceptori.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. si vero quædam sunt, col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 1.

Si quas ruinas habent memoratæ divinæ domus, quas reædificare non valent, & ha in emphyteusim dentur perpetuam: emphyteuta usuro materia habitationis depositæ domus [9], ut pensio diminuatur, in tertiam partem ab ea, quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur, aut primitus eo reædificante ex adjectis illi per æstimationem pensionibus, medietas detur religiosæ domui: nam priore casu ab initio emphyteusis præstanda est pensio.

In AUTHENT. de non alien. §. quia vero Leonis. col. 1. tit. 2. seu Nov. 7. c. 3. & in auth. de alien. & emph. §. & hoc quidem. ver. licentiam. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 6.

Perpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorum geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege [10]: juxantibus his quorum interest, ex eo contractu nihil ad læsionem divinæ domus effici: *solito redittu ipsius rei, qui fuit cum [11] divino juri dedicaretur, non minuendo nisi in sextam partem: aut, si [12] ob cladem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione in emphyteusim detur. † Quod si res pretiosa [13] quidem est, parum tamen, aut nihil præstat pensionum, res subtiliter æstimanda est, ut ex hac pensio justa constituatur. Ea tamen sola dentur in emphyteusim, quæ ad hoc congrua videntur Oeconomo & aliis gubernatoribus.*

In AUTHENT. de non alien. & permutan. §. Sinimus igitur. col. 2. const. 1. seu Novell. 7. c. 2.

Sed & permutare [14] Principi [15] licet pro re majori, meliori, vel æquali, si Respublica hoc exposcit [16], & pragmatica forma super hoc præcedente.

In AUTHENT. constitutio quæ ex adscriptitio. §. quia igitur. col. 5. tit. 9. al. 7. seu Nov. 54. c. 2.

Item sibi invicem recte permutant [17] cum utriusque indemnitate, eorum scil. consensu intervenient, qui [18] supra referuntur.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero quis de prædictis. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 7.

Item prædictum propter onus [19] fiscale inutile alienatur, gestis (ut supra) confciendis, eodem juramento præstito, id est, quod alia de causa non alienatur, nisi ut immunitas ejusdem venerandæ domus servetur.

Non solvens canonem per biennium vel rem deteriorem faciens, privatur emphyteusi.

In AUTHENT. de alien. & emphyt. §. Si vero quis aut locator. col. 9. tit. 3. seu Nov. 120. c. 8. & de non alien. §. scire. col. 2. tit. 1. seu Nov. 7. c. 3. §. 2. & 120. c. 8.

Qui [20] rem hujusmodi conductam vel in emphyteusim acceptam, fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biennium [21] non solverit [22], hac lege repelli [23] potest [24]: ut tamen solvat totius temporis pensionem, & id, in quo rem læsit, resarciat: non [25] repetiturus, si quid impendit nomine melioritionis.

In AUTHENT. de alien. & emph. §. Si vero aliquis voluerit. col. 9. tit. 3. seu Novell. 120. c. 2.

Hæc usus præstatio locum habet in omni domo religiosa, quo finito, res utraque pleno [26] jure perveniat in domum jam dictam: nec tributis quidem gravata majoribus sit ea res quæ datur invicem, & ejusdem reditus sit.

Si quis donaverit oratorii seu xenodochii aut nosocomii, aut ptochii construendi causa.

15. [27] Imp. ZENO.

Si [28] quis donaverit aliquam rem mobilem vel [29] immobilem vel se moventem [30], aut jus [aliquod] personæ Martyris aut Prophetæ, aut Angeli, tanquam ipsi postea oratorium ædificaturus: & donationem insinuaverit [31], apud quos necesse est, cogitur opus quamvis [32] nondum inchoatum fuerit, perficere per se vel per heredes, & perfecto operi dare ea, quæ donatione continentur. Idem & in Xenodochiis, & Nosocomiis & Ptochiis obtinet, licentia danda Episcopis & œconomis convenire ipsos. His vero adimpletis, administratio secundum ea quæ his, qui liberalitatem exercuerunt, visa fuerunt, & secundum præscriptos fines fiat.

Rescissio eorum quæ tempore tyrannidis fuerant innovata.

16. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Sebastiano [33] PP.

Decernimus, ut antiquatis ac infirmatis funditus his, quæ contra ipsum orthodoxæ religionis Deum quodammodo [34] facta sunt, in integrum restituantur [35] universa, & ad suum ordinem revocentur, quæ ante professionem [36] nostræ mansuetudinis de orthodoxæ regionis fide, & sanctissimarum Ecclesiarum & martyriorum statu firmiter obtinebant [37]: his, quæ contra hæc tempore [38] Tyrannidis [39] innovata sunt, tam contra venerabiles ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus Episcopus Patriarcha nostræ pietatis pater Acacius [40], quam contra cæteras, quæ per diversas [41] provincias collocatæ sunt, necnon & reverendissimos earum antistites, seu de jure sacerdotalium creationum, seu de expulsione cujusquam [42] Episcopi a quolibet his temporibus facta, seu de prærogativa in Episcoporum concilio, vel extra concilium ante alios residendi, vel de privilegio Metropolitano vel Patriarchico [43] sub iisdem impiis temporibus, penitus antiquandis: ut cassatis [44], & rescissis, quæ per hujusmodi sceleratas jussiones aut pragmaticas sanctiones aut constitutiones impias sive formas subfecta sunt, quæ a divæ recordationis retro principibus ante nostrum imperium, & deinceps a nostra manfuetudine indulta vel constituta sunt, super [45] sanctis ecclesiis & martyriis, & religiosis episcopis & clericis aut monachis, inviolata ferventur.

1 Res ad Ecclesiam pertinentes prohibentur alienari, ergo multo magis ipsa Ecclesia. Propter Ecclesiam res vetantur alienari, multo magis non alienabitur ipsa Ecclesia. Potentior enim est prohibitio in causa, quam in causato. 2 Sensus est: certis casibus res tenitor enim est prohibitio in causa, quam in causato. 2 Sensus est: certis casibus res Ecclesiasticæ a quovis emi aut conduci possunt, at non ab Oeconomo ejusque cognatis: quin aliquando bona eorum & Oeconomorum, & ordinatorum, quibus conjuncti sunt, post mortem eorum pervenient ad Ecclesiam, de qua rem accipiunt. Imo minus nimoh Ecclesiæ in perpetuam emphyteusim dari potest. Imo in tertiam generationem tantum, Nov. 7. c. 3. v. d. c. 3. v. Nov. 120. c. 1. in fin. 10 l. 14. §. h. t. 11 Hic casus referendus est ad res Ecclesiasticas, quarum reditus solo tempore non citra aliquo diminutus est. De analogia juris pretii fundorum & redituum vid. Molinæum tract. de usur. quæst. 5. n. 113. 12 Non hic agitur de remittendo colonis reditu ob eladem: agitur potius de locanda re Ecclesiastica, clade aliqua diminuta. 13 Pretiosa prædia 14 Rei Ecclesiasticæ certis casibus interdum parum aut nihil præstant pensionum. 14 Rei Ecclesiasticæ certis casibus interdum parum aut nihil præstant pensionum. 15 Id est, cum Imperatore. 16 Vide Salicet. dominium permutari potest, ut hic. 15 Id est, cum Imperatore. 16 Vide Salicet. dominium permutari potest, ut hic. Sed & compelli potest Ecclesia, propter publicam utilitatem, ut rem suam vendat. hic. Sed & compelli potest Ecclesia, propter publicam utilitatem, ut rem suam vendat. Qua ratione & dominus tenetur agrum suum opportuno loco situm ad erigendum in eo patibulum, figendumve crucem, pro supplicio de facinorofis fumendo, magistratui vendere. Joann. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de execut. sentent. Hippolit. de Marsil. in l. 1. §. ad Leg. Corn. de fcar. num. 27. Eândemque ob causam vicinus cogitur vicino vendere viam justo pretio. Boër. quæst. 322. num. 2. Anf. 17 Ecclesiæ scilicet dominium. 18 Relatum est in referente, adde c. ult. de reb. Eccles. 19 Prædia propter onus fiscale Ecclesiæ inutilia alienari possunt. 20 Id est, quicunque, five privatus, five alia Ecclesia. 21 Continuum fcil. triennium expectandum est inter privilegia. Nov. 7. c. 3. 22 Quid si læserit? Baldus præsenti usu, non perpetuo privari posse putat. l. 3. §. de locato. Lælionem intellige, non modicam, circa proprietatem dolo vel lata culpa distam. Quid si colonus ignoret vivat necne, penso tamen Ecclesiæ solvatur ab ejus procuratore? Expelli non potest, nisi probata coloni morte, faltem per famam aut conjecturam: præsumitur enim vivere, vide Alciat. 1. præsumpt. 44. 23 Qui re male utitur, ea expelli potest: quod in Gallia locum non habet, v. quæ notavi ad l. 2. J. de jure emphyteutico. 24 Nisi intra modicum tempus moram purgaverit: modicum, juxta diei unius. Baldi. 25 l. 2. J. de jure emphyteutico. Nov. 7. c. 3. Novell. 120. c. 8. alias si non fuisset in culpa, repetiturus. l. 3. J. de jur. emphyt. 26 Id est, directo. 27 Contii interpretatio. Hanc autem legem edidit Antonius Augustinus. Aliam editionem habet Cujacius 12. obs. 28. fumpsiam ex 3. Ecl. 3. fol. 37. 28 Ο συγγραφεως διαφασις &c. in quo qui donationis instrumentum confici curavit ad extruendum vel ornandum, vel xenonium, vel nosocomium, promissa per Episcopos & œconomos exigantur: nihilominus tamen arbitratu suo rem administret. Synopsis Basil. 3. ex tit. 5. c. 8. 29 Nota hæc rerum genera κίνητον, ακίνητον, αυτοκινητον δικαιον: quibus addi cupio quod scripsi ad l. 93. ff. de V. Sign. adde l. 30. ff. de usurpat. & usucap. 30 Moventia separantur a mobilibus. Ut in l. 7. C. de bon. qua lib. vid. Joann. Robert. Recept. lect. 2. 4. 30. Anf. 31 Instrumentum insinuatæ donationis Græci διαφασικον, ut αναγκαιον instrumentum emptionis, v. Cuj. d. loco. 32 Res ita habet: Olim donatio re perficiebatur, hodie vero consensu t. 10. D. de donationibus. sine acceptatione non est l. 8. §. 3. D. de bon. lib. & in illo loco Terentii, Dei Pamphile est decem talenta. Pamph. Accipio. Nisi dixisset, Accipio, dos non esset. inquit Donatus. Debet igitur donatarius scire rem sibi donatam. Et hoc est, quod Graeci dicunt donationem μονομερες factam non valere: excepto tamen casu hujusce legis, quo donatio facta (insinuata tamen) valet κατα μονομερειαν ex publicitatione, vide Cujacium d. loco. 33 Vide quæ scripsi ad l. 9. J. de incestis. 34 Id est, quocunque modo: vel dic, in Deum factum videri, quod in ejus Ecclesiam factum est. 35 Ad intellectum h. l. vide Cujac. lib. 3. observ. 19. Et casum, seu historiam, cur hæc lex fuerit lata, vide Baron. tom. 6. Annal. ad annum Christi 472. fol. 225. Guidon. Pancirol. var. lect. lib. 2. cap. 165. Anf. 36 Profectionem: & recte: intelligit autem suum profugium in Hauriam metu Basilisci. 37 l. 22. J. de Episcopis & clericis. 38 Tyrannidis tempore acta adversus Ecclesias antiquantur. Gutt. Wesembrius. consil. 62. Anf. De tyrannis hoc notatu dignum fuit, quod Valentio & Valeriano triginta tyrannos imperium Romanum debonestasse, & hinc inde discerpsisse, Valeriano ipso bello Perficis occupato: Gallieno ejus filio abdomini & ventri ita nato, ut dies ac noctes vino & fluppris tempus ac rararum perderet: nam mulieres eo melius imperarent, ut Trebell. Pollio in Gallien. & 30. tyrannis. Aliis etiam temporibus fui, hoc est, alii quoque tyranni fuere: de quibus v. 2. Evagr. 7. & 16. 39 l. 6. §. h. t. Leo intelligit Basilicum, qui fere biennio Orientis imperium tenuit, & in eo Chalcedonense concilium ad Leonis Papæ damnationem & nullis ad unitatem Episcopos litteris, quas ευφυεζεν ιγνωμιδες, Evagrius & Nicephorus vocant: Acacio Patriarchæ Constantinopolitano multas subditas provincias ademit, parumque abfuit, quin ipsum expelleret. Sudas in voce βασιλισκος quemadmodum multos etiam Episcopos ex variis urbibus expulit: fed opera Hanatii, de quo v. ad l. 14. §. h. t. Basilisco expulso Zeno imperium recepit, v. Nicephorum Evagrium scholasticum 2. c. 3. & seq. Theodorum anagnostem l. 2. Zonaram in Basilisco, Procopium, Jordanem, qui hanc legem constituit, qua infirmantur acta Basilisci. De eadem tyrannide Basilisci, adde l. ult. J. de incestis. De tyrannide Odenati, v. l. 4. C. de ingen. manumiss. Trebell. Poll. in Odenato & Zenobia. Avidii & Cassii l. 7. J. ad l. Jul. maiest. Licinii l. 1. C. Theod. de infirmandis his, qua sub tyrannis. Maximi l. 7. C. Theod. d. tit. Herculiani l. 1. C. Theod. ib. de Totila adde pragmaticam Justiniani c. ult. his adde Bartoli tractatum de tyrannis: & Baldum hic explicantem, qui sint tyranni, v. Cujac. 3. obs. 19. 40 Patriarcha Constantinopolitanus, de quo fuperius dixi. 41 Episcopos, ιγνωμικες intelligit, de quibus dixi J. h. t. 42 Id perpetravit Basiliscus apud Antiochiam, Alexandriam, Ephesum, Tharsum, Chalcedonem, Hierapolim, Constantiam, Theodosiopolim, Mopsuestiam. 43 Prærogativam vocat lex 6. J. h. t. prærogativa hæc adsidendi & præcedendi ante alios fuit, J. h. t. unde φεδρεια etiam dicitur. Cedebat uni Romano Constantinopolitanus Novell. 131. cap. 2. Differt autem privilegium patriarchæ ab privilegio metropolitæ, nam illi sunt inferiores metropolitani patriarchis five archiepiscopis: fuperiores tamen sunt Episcopis, vide Cujac. hic. 44 Adde Authent. cassa & irrita. J. h. t. Hinc Baldus, omnia facta tempore tyrannidis pro cassis vide hic Bart. & Bald. Salicetum reg. 310. nbi enumerat 65. privilegia pia causa. Tiraquellum in tract. pia causa, uhi plura, hoc est, 167. privilegia enumerat: Grassum lib. fent. §. testamentum, quæst. 17. 18. 19. 45 Id est, infinuatæ. 37 Donatio ecclesiæ, vel pauperibus usque ad 500. aureos facta, valet: etiamsi non insinuata fit. Jam singulata donatum: centum ex fundo A. ducenta ex fundo B. trecenta ex fundo C. dono. Hujusmodi donatio etiae infinuanda? Si conjunctas summas infpexeris, erit, ut vult Bartolus & Baldus, insinuanda: fin minus, non erit insinuanda ex Speculatoris sententia. Prior tamen sententia verior est: propter actus unitatem, & fraudis vitationem, v. Bald. hic. Goth. Adde Parif. Cons. 77. vol. 1. Oldrad. cons. 252. Anton. Mercud. controv. lib. 1. cap. 14. Anf. 38 Plurum caufarum genera obiter. 39 l. 22. infr. h. t. 40 Citra Hal. & ita reftitui Leunclavius ex Basilicis. adde l. 36. infr. de donat.

† Sacrosanctam quoque hujus religiosissimæ civitatis ecclesiam, & matrem nostræ pietatis, & Christianorum orthodoxæ religionis omnium, & ejusdem Regiæ Urbis sanctissimam sedem, privilegia & honores omnes super episcoporum creationibus, & jure ante [1] alios residendi, & cætera omnia, quæ ante nostrum imperium, vel nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter Regiæ Urbis intuitu judicamus, & sancimus. Datum 16. Kalend. Jan. ARMATIO V. C. [2] COSS. 476.

De alienatione, oppignoratione & emphyt. rerum ecclesiæ.

17. [3] Imp. ANASTASIUS.

Privilegia magnæ Ecclesiæ Constantinopoleos [4], & sub ipsa administratarum & sustentatarum venerabilium domorum custodiuntor.

§. 1. Aliæ autem Ecclesiæ & monasteria & ptochia & xenodochia & orphanotrophia ejusdem civitatis & confiniorum ejus, & quæ sub ordinatione Episcopi ejusdem sunt, quique ab eo ordinantur Metropolitæ, aut qui ab illis, immobile quid aut civiles [5] panes ne alienanto, nisi utilis sit venditio aut hypotheca, aut permutatio, aut perpetua emphyteusis. Hoc est, quando pretium ejus, quod venditur [6], aut mutuum, quod sub hypotheca fumitur, profuturum est ad liberationem debiti ex successione contracti, aut ad usus alios necessarios loco venerabili impendentes, aut ad aliam magis necessariam rem redimendam [7], aut ad imminentem venerabilis domus restaurationem: & si permutationem [8] faciant, eam faciant cum [9] re magis necessaria, & reditum non minorem eo, quod datur, habente, & emphyteusim [10] quoque [faciant] absque reditus diminutione, aut de re seu possessione minus idonea [seu fœnea [11]]: nam quæ ob sterilitatem damnosa sunt, donari [12] & concedi possunt. §. 2. Id vero, quod gestum erit, non aliter valeat, nisi una ex supradictis causis in actis manifestetur, Byzantii quidem apud Magistrum [13] census [14]: in provinciis autem apud defensores [15] (civitatum) propositis sanctis scripturis [16]: & pro Ecclesiis quidem præsentibus Oeconomis [17], & qui in his morantur, clericis: pro [18] monasteriis autem, præsentia requiritur Abbatum, & cæterorum monachorum: pro ptochiis vero administratoris, & ministrorum, & pauperum: pro xenonibus autem, administratoris, & omnium, qui invenientur, ministrorum gubernationis: & similiter in orphanotrophiis observator [19]: ita ut obtineat, quod pluribus [20] placuerit, consentiente etiam episcopo locorum, in quibus consuetum est fieri. Non valente Magistro census, aut defensore se excusare, quominus suscipiant ac comprehendant venerabilem domum, in qua talis conficitur actio indemniter, & defendant ipsam: subjiciantur enim, ob prætergressionem, pœnæ auri librarum viginti. Et post hæc fiant instrumenta mentionem facientia causarum, & monumentorum confectionis, & appellationis [21] eorum, qui adfuerunt, & apud quem confecta sunt. §. 3. Si quid autem supradictorum prætermissum fuerit: tam fœnerator [22], quam emptor excidat ipsa re & credito, & pretio, qui vero in permutationem accepit, & id [23], quod dedit, & id quod cepit, amittat: qui vero in emphyteusin super [24] propriam vitam accepit, vel donationem, vel concessionem prohibitam; reddit quod accepit, & quantitatem alteram, quanti est id, quod datum est. §. 4. Locum autem habent prædicta, & in futuris Ecclesiasticis rebus, & in præteritis [25] aut præsentibus. §. 5. Existentibus autem rebus mobilibus extra [26] sacra vasa, & sufficientibus ad dictas causas, cesset necessariarum immobilium rerum, & panum [27], tam alienatio quam hypotheca.

De reditu ecclesiæ Constant. assignato, ut exequiæ gratis fiant.

18. [28] Imp. ANASTASIUS [29].

Magna &c. Constitutio adsignat magnæ ecclesiæ Constantinopoleos, septuaginta librarum auri reditum, eam ob causam, ut scilicet exequiæ [30] sine sumptu & gratis fiant in urbe Constantinopolitana, & usque ad novos [31] muros, & Blachernas [32]. Nam Sycæ (seu Sycorum [33] transitus) pars sunt civitatis. Statuit contra delinquentes pœnam quinquaginta auri librarum.

De insinuatione donationis.

19. Imp. JUSTINIANUS A. MENNÆ P. P.

Illud, quod ex veteribus legibus (licet obscure positis) a quibusdam attentabatur, ut *donationes* [34] super piis [35] causis factæ, licet minus in actis intimatæ [36] essent, tamen valerent; certo & dilucido jure taxamus: ut in aliis quidem casibus jura vetera super intimandis donationibus intacta maneant. Si quis vero donationes usque [37] ad quingentos solidos in quibuscunque rebus fecerit, vel in [38] sanctam ecclesiam, vel in xenodochium, vel in nosocomium, vel in orphanotrophium, vel in ptochotrophium, vel in gerontocomium [39], vel in brephotrophium, vel in ipsos pauperes, vel in quamcunque civitatem: istæ donationes etiam circa [40] actorum confectiones convalescant [41], sin vero amplioris quantitatis donatio sit (excepta [42] scil. imperiali donatione) non [43] aliter valeat, nisi actis [44] intimata fuerit. Nulli danda licentia, quacunque alia causa, quasi pietatis jure subnixa, præter [45] eas, quas specialiter [46] expofuimus, introducenda, veterum scita super intimandis donationibus permutare. Dat. 528. [47]. Const.

De annona militari.

20. [48]

Nec [49] ex sacra forma vel Archiepiscopi [50] jussu annona militaris [51] ad oratoria, vel clericos, vel monasteria transferatur; quali deficientibus numero corporibus.

Sequitur alia epitome a Contio in hunc codicem relata.

21. Imp. JUSTINIANUS A.

Neque [52] per sacras formas, neque per jussionem Magistratuum, licet transferre militares annonas ad pias domos, aut clericos.

De alienatione rei sacræ.

22. Idem A. DEMOSTHENI Præfecto Prætorio.

Sancimus [53], nemini licere, sacratissima [54] atque arcana vasa, vel vestes, cæteraque donaria, quæ ad divinam religionem necessaria sunt, (cum etiam *veteres leges* ea, quæ juris divini sunt, humanis nexibus non illigari sanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere: fed ab his, qui hæc suscipere auti fuerint, modis omnibus vindicari tam per [55] religiosissimos Episcopos, quam per Oeconomos, nec non & sacrorum [56] vasorum custodes: nulla eis actione relinquenda, vel super recipiendo pretio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ sunt: fed omnibus hujusmodi actionibus respuendis, ad restitutionem eorum omnibus modis coarctari: Sin autem vel conflata sunt, vel fuerint, vel alio modo immutata vel dispersa: nihilominus vel ad ipsa corpora, vel [57] ad ipsa pretia eorum exactionem competere sive per in rem, sive per condictionem, sive per in factum actionem: cujus tenor in multis, & variis juris articulis sæpe est admissus: Excepta [58] videlicet causa captivitatis, [& famis] in locis his, in quibus hoc (quod abominamur) contigerit: Nam si necessitas fuerit in redemtione captivorum, tunc & venditionem præfatarum rerum divinarum, & hypothecam, & pignorationes fieri concedimus: quoniam non absurdum est, animas [59] hominum quibuscunque valis, vel vestimentis præferri. Hoc obtinente non solum in futuris negotiis, sed etiam in judiciis pendentibus [60].

In AUTHENT. de alien. & emphyt. §. penult. in fin. col. 9. tit. 3. seu Novell. 120. cap. 10.

Præterea si habeat Ecclesia superflua [61] vasa, cum debitrix sit, nec aliunde solvere possit, ne quid immobile alienetur, vel distrahatur:

1 Dixi de Patriarchio *supr. h. t.* 2 Adde & Basilisco, fed hic in fastis omittitur ut tyrannus, & quod ejus memoriam damnaverit Zeno. Quod accidit etiam Eutropio sub Arcadio & Honorio. l. 17. C. Theod. de pœn. & Heraclitano, sub Honorio, & Theodosio. l. 12. C. Theod. de inform. lit. quæ sub tyrannis gesta sunt, l. 21. C. Theod. de panis, vide Cujac. 3. obs. 19. & 7. obs. 14. 3 Interpretatio Contii. Hunc legis meminit Nov. 7. & fpecialem appellat, directam scil. tantum ad Ecclesiam Constantinopolitanam, non generalem. 4 V. l. 14. supr. h. t. Novell. 7. in princ. 5 Πολιτικον υπηρεσιον. 6 Res Ecclesiasticæ vendi aut pignorari justis de causis potest. 7 Puta captivos Nov. 120. c. 9. 8 Ecclesiæ hoc notatu dignum fuit, quod Valentio & Valeriano & Valente triginta tyrannos imperium Romanum debonestasse, & hinc inde discerpsisse, Valeriano ipso bello Perficis occupato: Gallieno ejus filio abdomini & ventri ita nato, ut dies ac noctes vino & fluppris tempus ac rararum perderet: nam mulieres eo melius imperarent, ut Trebell. Pollio in Gallien. & 30. tyrannis. Aliis etiam temporibus fui, hoc est, alii quoque tyranni fuere: de quibus v. 2. Evagr. 7. & 16. 39 l. 6. §. h. t. Leo intelligit Basiliscum, qui fere biennio Orientis imperium tenuit, & in eo Chalcedonense concilium ad Leonis Papæ damnationem & nullis ad unitatem Episcopos litteris, quas ευφυεζεν ιγνωμιδες, Evagrius & Nicephorus vocant: Acacio Patriarchæ Constantinopolitano multas subditas provincias ademit, parumque abfuit, quin ipsum expelleret. Sudas in voce βασιλισκος quemadmodum multos etiam Episcopos ex variis urbibus expulit: fed opera Hanatii, de quo v. ad l. 14. §. h. t. Basilisco expulso Zeno imperium recepit, v. Nicephorum Evagrium scholasticum 2. c. 3. & seq. Theodorum anagnostem l. 2. Zonaram in Basilisco, Procopium, Jordanem, qui hanc legem constituit, qua infirmantur acta Basilisci. De eadem tyrannide Basilisci, adde l. ult. J. de incestis. De tyrannide Odenati, v. l. 4. C. de ingen. manumiss. Trebell. Poll. in Odenato & Zenobia. Avidii & Cassii l. 7. J. ad l. Jul. maiest. Licinii l. 1. C. Theod. de infirmandis his, qua sub tyrannis. Maximi l. 7. C. Theod. d. tit. Herculiani l. 1. C. Theod. ib. de Totila adde pragmaticam Justiniani c. ult. his adde Bartoli tractatum de tyrannis: & Baldum hic explicantem, qui sint tyranni, v. Cujac. 3. obs. 19. 40 Patriarcha Constantinopolitanus, de quo fuperius dixi. 41 Episcopos, ιγνωμικες intelligit, de quibus dixi J. h. t. 42 Id perpetravit Basiliscus apud Antiochiam, Alexandriam, Ephesum, Tharsum, Chalcedonem, Hierapolim, Constantiam, Theodosiopolim, Mopsuestiam. 43 Prærogativam vocat lex 6. J. h. t. prærogativa hæc adsidendi & præcedendi ante alios fuit, J. h. t. unde φεδρεια etiam dicitur. Cedebat uni Romano Constantinopolitanus Novell. 131. cap. 2. Differt autem privilegium patriarchæ ab privilegio metropolitæ, nam illi sunt inferiores metropolitani patriarchis five archiepiscopis: fuperiores tamen sunt Episcopis, vide Cujac. hic. 44 Adde Authent. cassa & irrita. J. h. t. Hinc Baldus, omnia facta tempore tyrannidis pro cassis vide hic Bart. & Bald. Salicetum reg. 310. nbi enumerat 65. privilegia pia causa. Tiraquellum in tract. pia causa, uhi plura, hoc est, 167. privilegia enumerat: Grassum lib. fent. §. testamentum, quæst. 17. 18. 19. 45 Id est, infinuatæ. 37 Donatio ecclesiæ, vel pauperibus usque ad 500. aureos facta, valet: etiamsi non infinuata fit. Jam singulata donatum: centum ex fundo A. ducenta ex fundo B. trecenta ex fundo C. dono. Hujusmodi donatio etiae infinuanda? Si conjunctas summas infpexeris, erit, ut vult Bartolus & Baldus, insinuanda: fin minus, non erit insinuanda ex Speculatoris sententia. Prior tamen sententia verior est: propter actus unitatem, & fraudis vitationem, v. Bald. hic. Goth. Adde Parif. Cons. 77. vol. 1. Oldrad. cons. 252. Anton. Mercud. controv. lib. 1. cap. 14. Anf. 38 Plurum caufarum genera obiter. 39 l. 22. infr. h. t. 40 Citra Hal. & ita reftitui Leunclavius ex Basilicis. adde l. 36. infr. de donat. 41 Nisi in fraudem alterius factæ: possunt enim revocari, utcunque fint infinuatæ. 42 Vide l. 34. infr. de donat. vide Novell. 52. c. 2. 43 Donatio facta pauperibus non aliter valet, quam si facta fit præsenti alicui, qui donationem pauperum nomine ratam habeat. vide Socinum reg. 107. 44 Judicis ordinarii, scil. cujus tamen decretum non eft neceffarium. vide Nov. 15. c. 3. 45 Adde & donationem factam pro redemptione captivorum, ut & eorum, qui in custodia publica sunt, quibus facta donatio etiam ultra 500. solidos, valet fine infinuatione, l. 36. infr. de donat. 46 Jura fpecialia non debent extendi, nifi ad fimilia, in quibus aut par, aut major eft ratio; l. 10. §. 6. ff. de excusat. tut. ftatuit hoc in odiofis, l. 2. infr. de patrimo qui filios fuos) tunc etiam non fit propria prie extenfio, fed ineffe jure ipfi dicitur. 47 Data videtur Juftinano A. II. Cof. 48 14. Synopsis Basilic. 7. ex lib. 5. tit. 1. c. 10. 49 Interpretatio Leunclavii. 50 Alii legunt αρχοντων. Cujacius legit αρχικες, 12. obf. 28. 51 Militaris annona ad oratoria, clericos, & monafteria non transferenda. 52 Intertextio Conti. 53 Huc referenda eft fanctiffima Ambrofii fententia, *quæ officiorum libris continetur, relata ex can. 70. aurum caufa.* 12. quæft. 2. Aurum, inquit, habet Ecclefia, non ut fervet, fed ut eroget & fubveniat in neceffitatibus. Quid opus eft ornatibus, quod nihil adjuvat? & *poft*, Nonne melius conflat facerdos pro alimonia pauperum, fi aliqua fubtilis defint, quam fi facrilegus, contaminat & adoptat hoftis? *& poft*, melius fuerat, ut vafa viventium fervares, quam mortuorum. Dices, *timui, ne templo Dei ornatus deeffet?* Autum facramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur: ornatus facorum, redemptio eft captivorum: *& poft*, in his tribus generibus (alimenta pauperum, captivorum redemptionem, & mortuorum fepulturam intelligit) vafa Ecclefiæ etiam inutiata (hoc eft confecrata) confringere, conflare & vendere licet. Hæc fanctus Ambrofius. 54 9. 8. Inft. de rerum divif. l. 1. infr. de fepulchris, Nov. 7. cap. 8. 55 Epifcopus potefl pro rebus facris fui Epifcopatus agere. 56 Vaforum facrorum cuftos κεκτοφυλαξ: Nov. 40. cui κεκτοφυλακι Ecclefiæ commiffa, Theoph. 8. 8. infr. de rerum divif. Locus ubi ea vafa cuftodita, κειμηλιοφυλακιον, & κειμηλιοθηκιον. Nov. 70. c. 4. in fin. l. 20. §. 1. infr. de agricolis, & cenfitis. 57 Libellum obferva. *Acta rerum, fi extat: altius, fi non extat, ultimatissimum.* 58 D. 8. 8. d. c. 8. Nov. 65. Nov. 120. cap. 10. adde 12. qu. 2. cum Augustino. 2. can. Apostolicos 13. can. & facrorum 14. can. facrorum 15. can. item 16. & can. aurum ecclefia habet, non ut fervet &c. Gloria epifcopi eft, pauperum inopem providere &c. Ob eam caufam Socrates 7. c. 21. narrat Acacium Antiochenum epifcopum conflaffe vafa omnia aurea & argentea, hoc clericis dicto palam, ο θεος ημων εκτησατο ιερα σκευη, ουκ ιερεις ιερα γαρ εωθεις ουδ ανιερα, επει και χαλκους εχουσι. Qui fimile eft illud Alexandri Imperatoris, in facris quid fauit aurum? Perfius *fatyr.* 2. *in fin.* vide Cujacium *ad Novell.* 7. Extat & aliud exemplum elegans de venditis vafis Ecclefiæ, ob femen publicum a Cyrillo Hierofolymorum epifcopo, cujus meminit Sozomenus 5. *Trip.* 37. Tradit quoque Vitlur *lib.* 1. *de perfecutione Vandalorum*, Carthaginenfem epifcopum, ut captivos a Vandalis & Mauris liberaret, vafa aurea, & argentea venditaffe. Ita Marius & Carbo adverfus Syllam diffidentes aurea atque argentea templorum ornamenta conflarunt. 7. *Valer.* 6. 59 Animas hominum, vitam, &c. & corpora, vafis & veftimentis quibuvis præferre oportet. 60 V. l. 7. J. de legib. 61 Vafa fuperflua ecclefiæ diftrahi poffunt, *ut hic, & Novell.* 120. cap. 10. Lignea quædam olim conflat fuiffe, de quibus Bonifacius interrogatus, an liceret in vafculis ligneis facramenta conferre, refpondit: Quondam facerdotes aurei ligneis calicibus utebantur: nunc e contrario ligneis facerdotes aureis utuntur calicibus. v. *28a fanctiis Trideniinis, cap.* 18.

integræ ea (gestis habitis coram eo cujus est loci ordinatio) vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel constata cuilibet alii vendantur, quo magis debitum persolvatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc observationem, eidem pœnis subjaceat, quæ in rebus immobilibus sunt positæ.

De lucrativorum inscriptionibus.

23. Idem A. DEMOSTHENI Præfecto Prætorio.

SAncimus, res ad venerabiles Ecclesias, vel xenones, vel monasteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia [1] vel ptochotrophia, [vel nosocomia,] vel brephotrophia, vel denique ad aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curiali [2] liberalitate, sive inter vivos, sive mortis causa, sive in ultimis voluntatibus habita, a lucrativorum [3] inscriptionibus [4] liberas immunesque esse: lege scilicet, quæ super hujusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente: in parte autem Ecclesiastica vel aliarum domuum, quæ hujusmodi piis consortiis deputatæ sunt, vigorem suum, pietatis intuitu, mitigante. Cur enim non faciamus discrimen [5] inter res divinas & humanas? & quare non competens prærogativa cælesti favori conservetur? §. 1. Quam oportet non solum in calibus, quos futurum tempus creaverit, sed etiam in adhuc pendentibus & judiciali termino, vel amicabili compositione necdum [6] sopitis obtinere.

§. 2. Recitata Septimo [7] miliario hujus inclytæ civitatis, in novo Consistorio Palatii Justiniani.

De tempore actionis loco pio competentis, de actionibus ex Legatis, vel fideicommissis.

24. Idem A. JULIANO P. P.

UT inter [8] divinum publicumque jus & privata commoda, competens discretio sit: sancimus, si quis aliquam reliquerit hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum, vel donationis titulo aliquid dederit, vel vendiderit, sive sacrosanctis Ecclesiis, sive venerabilibus xenonibus [9], vel ptochotrophiis, vel monasteriis masculorum, vel virginum, vel orphanotrophiis, vel brephotrophiis, vel gerontocomiis, necnon [10] juri civitatum, vel donatorum, vel venditorum, vel relictorum, eis sit longæva exactio [11], nulla temporum solita præscriptione coartanda. † Sed & si in redemptionem captivorum quædam pecuniæ, vel res relictæ, vel legitimo modo donatæ sunt: & earum exactionem longissimam esse censemus. † Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis hujusmodi actiones circumcludi: sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum [12] vitæ hominum tempus eligimus, & non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi [13] centum [14] annorum curricula excesserint: tunc enim tantummodo hujuscemodi exactionem evanescere finimus. † Sive itaque memoratis religiosissimis locis vel civitatibus hereditas, sive legatum vel fideicommissum fuerit relictum, sive donatio vel venditio processerit, in quibuscunque rebus mobilibus, vel immobilibus, vel se moventibus, sive pro redemptione captivorum quædam fuerint derelicta, vel donata: sit eorum pene perpetua vindicatio, & ad annos centum (secundum quod jam dictum est) extendatur: nulla alia exceptione temporis inhibenda, sive contra primas personas, sive contra heredes vel successores eorum moveatur. §. 1. In his autem omnibus calibus, non solum personales actiones damus; sed etiam in [15] rem, & hypothecariam, secundum nostræ constitutionis tenorem, quæ legatariis & fideicommissariis hypothecariam donavit: & supradictis omnibus unum tantummodo terminum [16] humanæ vitæ [17] imponimus, id est, centum metas annorum.

§. 2. Hæc autem omnia observari fancimus & in his casibus, qui vel posthea fuerint [nati], vel jam in judicium deducti sunt. D. D. N. JUSTINIANO. P. P. A. COSS. 528. Goth. 48.

De præscriptionibus, in auth. de eccles. tit. §. pro temporalibus autem. col. 9. tit. 14. al. 6. seu Novel. 131. cap. 6.

QUas [18] *actiones alias decennalis, alias vicennalis, alias tricennalis præscriptio excludit: hæ, si loco religioso competant, quadraginta annis excludantur: usucapione triennii, vel quadriennii præscriptione in suo robore durantibus: sola* [19] *Romana ecclesia gaudente centum annorum spatio vel privilegio.*

1 *l.* 19. *supr. h. t.* 2 *Novell.* 131. *c.* 5. *in fin.* 3 Vide *l. un. ff. de impon. lucrat. descript.* Lucrativi tituli sunt, hereditas, legatum, fideicommissum, donatio causa mortis, donatio inter vivos, dos, donatio propter nuptias: non emptio, non permutatio, vide Cujac. *ad d. l. un.* 4 *Descriptionibus.* 5 *l.* 23. *infr. h. t.*
6 *l. 1. in fin. ff. de contrah. judic.* adde *Novell.* 115. *c.* 1. 7 *Novell.* 18. *in fin.* Septimum miliarium palatium, quod fuit in suburbio Constantinopoleos, in quo Justinianus juri dicundo novum consistorium extruxerat: quod & simpliciter *Septimum* dicitur. vide Cujac. *ad. d. l.* 8 Vide *l.* 22. *ff. h. t.* Porro quod Antonius lic dittinguit, jus aliud fiscorum, publicum & privatum, ad *διχοτομίαν* reduci potest: Jus est publicum vel privatum, Publicum aliud sacrum, aliud in magistratibus. vide Cujac. 15. *obs.* 33.
9 *Xenonis* voce non modo peregrinorum hospitia, seu ægrotorum significantur. Imo & quælibet hospitia. Helych. Pollux 3. & 4. 10 Vide quæ scripsi *ad l.* 16. *ff. de verb. sign.* 11 Cur ita? quia recta, sine traditione, dominium rerum emptarum, donatarum, legatarum, transit in Ecclesiam: dummodo tamen adquisitionem admittat. Potest enim Ecclesia ablinere, & renunciare beneficio hujus legis. vide Molin. 1. *consuet.* §. 22. *n.* 133. 12 *l.* 56. *ff. de usufruct. l.* 8. *in fin. ff. de usufructu. legato: Novel.* 9. add. §. 1. *J. h. t.* hinc colligunt nonnulli quemlibet præfiumi centum annis vivere: de qua præsumptione v. Alciat. 1. *præsumpt.* 44. *Jul. hic.* Corpolum *cautela* 118. Contra Decius *in l. ult. infr. de exhibi. D. Accursii, & ibi* Bolin. & Menochius 6. *præsumpt.* 49. ubi plenissime explicat, quamdiu homo vivere præsumatur: dixi ad *l.* 5. *J. solutio matr.* Exterum quando quis præsumatur mortuus, vid. *nat. ad l.* 6. §. 2. *ff. de Senatusc. Silaniano.* 13 *Nov.* 9. quæ ad occidentales Ecclesias pertinet, ut hæc ad orientales, modie limitata est. Huic prædescriptioni centum annorum quadraginta annorum præscriptio subsituta est, per *Novell.* 111. *c.* 1. *& Nov.* 131. *c.* 6. & ita quæ privatis competunt actiones, excluduntur præscriptione annorum 30. quæ Ecclesiis 40. vide Cujac. *l.* 5. *observ.* 5. *& ad Novell.* 111. An hæc correctio etiam pertinet ad legata captivorum redimendorum causa relicta? Theodorus *in Novell.* 111. negat pertinere: movetur, quod id nominatim non est additum in Ecclesiis: verum id quoque abrogatum esse constat. 3. *Basil. s. c.* 3. vide Cujac. *c.* 34. *de præscr.* 14 Eodem jure gaudet Respublica, & civitas. Vide Bart. Bald. & Jasonem, *n.* 10. *hic.* Matth. Affitt. *decis.* 67. Roland. a Valle *de iure ad. quæst.* 74. *n.* 30. A. Gabriel *tit. de præs. Conclus.* 16. Ant. Caulum & hiltoriam cur & qua occasione hæc lex tata sit. Procopium & Suidam narrat Grot. *ibr. ff. ssarf. hic* S. L. Cur centum anni vite hominis longissimum tempus hic constituuntur? Dulcerides commentitiam hanc rationem addert, quod cur hominis ad annos 50. crescat duabus drachmis in singulos annos: a 50. ad centesimum annum totidem drachmis decrescat. Inde fieri, ut annum 100. homo non excedat. Eadem fuit opinio Ægyptiorum relata a Plinio, 11. *c.* 37. Varro 5. *de lingua Latina*, seculum 100. annorum platium, longissime vite in homine esse refert. Inde in Iudis secularibus præco populum ad eosdem ludos vocabat, quos nemo unquam vidisset aut visurus esset. 7. Flin. Festus *in secularem.* Centorinus *de die natali.* Platina *in vita Fabiani.* Trebell. Poll. *in Claudio* dixit 120. annos homini ad vivendum datos: quo loco etiam refert Mosen 120. annis vixisse, idque vite spatium ei a numine constitutum. adde *Genes.* 6. Stafeus Peripateticus annos 124. vite humanæ spatio tribuit, eo abs spatio extra fadium quali vitæ hominet decurrere. Centorinus *de die natali, c.* 14. unde Varro

De prærogativa ecclesiæ Constantinopol. 1. *De jure colonario.* 2. *De magistratu vel œconomo rem ecclesiasticam accipiente.* 3. *De rei ecclesiasticæ locatione vel emphyt.*

25. [20] Imp. JUSTINIANUS.

COnstantinopolitana [21] ecclesia omnium aliarum est caput [22].

§. 1. Jure colonario [23] facta concessio, irrita est in Ecclesiasticis, utpote neque jure cognita. §. 2. Si in actu magistratus Constantinopoleos, per se vel mediam personam a magna ecclesia immobile accepit: id, quod gestum erit, irritum erit & dabit Ecclesiæ æstimationem rei. Similiter & Oeconomus. Si vero & per alium modum persuaserit, aut coëgerit pervenire ad se ecclesiasticam rem: & id, quod gestum fuerit, infirmum sit, & pro illo datum in personam ecclesiæ, restituitur ipsi: & præterea subjicitur pœnæ viginti auri librarum ipse, & ille qui rem dedit, & qui accepit ob eam rem, quod curavit fieri contractum, datum ipsi reddit duplum, & omnia adquiruntur ecclesiæ.

§. 3. Ultra [24] viginti annos res immobilis ecclesiæ ne locator.

§. 4. Solis locupletibus licet, & oportet Ecclesiasticas res in emphyteusim dare propter restitutionem aspectus. Excedi autem non oportet vitam emphyteusim capientis, & [25] duorum deinceps ejus heredum: neque relevari amplius sexta parte servati canonis in tempore traditionis. Si autem lædatur res instante tempore, expellitur, & damnum sarcit. Si vero negligenter versatus fuerit Oeconomus, aut minus idoneis in emphyteusim dederit, ipse agnoscat damnum.

De chartulariis, & œconomis.

26 [26].

CHartularii [27] ecclesiæ magnæ, neque per intermediam personam possunt accipere rem immobilem ipsius per conductionem, aut emphyteusim, aut alium modum. §. 1. Fiunt Chartularii, præeunte libello, & ferente subscriptionem tam Patriarchæ quam Oeconomi.

§. 2. Et si quis ipsorum apparuerit surripuisse, aut transtulisse, aut alias inutilis esse, licet Patriarchæ, & Oeconomis eum expellere de catalogo. §. 3. Fiunt autem ad scrinium Orientis, chartularii, xv. ad Asianæ, xvi. ad Ponti, xv. ad [28] domesticorum, xv. ad Thraciæ, viii. ad Antiochi, vi. ad Calopodii, vi. ad expensarum, x. ad legatorum, ix.

§. 4. Et accipiunt ratione consuetudinum pro emphyteuticis quidem instrumentis, quinquagesimas [29]: pro conductionalibus vero, & cæteris contractibus, centesimam. §. 5. Si vero supra [30] præfatum numerum chartularius fiat, ejicitur, & dat ecclesiæ xv. libras: & qui fecit illum, xx. §. 6. Cum inquisitione diligenti œconomi discutiuntor, sententia Patriarchæ, factam impensam ab emphyteutis, & conductoribus, & administratoribus, unoquoque ex Oeconomis inquirente in sibi commissa administratione: reliquarum vero rationem inquirent ex jussione scripta Patriarchæ, qui rationibus subscribet hoc, *Relegi* [31]: & quod extra hanc observationem discussum fuerit, de domo sua Oeconomi præstabunt. §. 7. Imputatæ autem seu accepto latæ impensæ, & illatarum pecuniarum accipiunt Oeconomi [32] centesimas [33]: qui autem plus accipit, & ministerii chartularii, & sacra dignitate excidit.

§. 8. Incontinenti oportet Oeconomos singulis mensibus, aut ad summum binis, rationes reddere apud arcarios [34]: sin minus periclitabuntur.

Si quis domino nostro Jesu Christo reliquerit, 1. *Aut alicui archangelo vel martyri.*

27. Imp. JUSTINIANUS A. JULIANO P. P.

QUoniam in plerisque nuper testamentis invenimus ejusmodi institutiones, quibus ex asse quis scripserat Dominum [35] nostrum Jesum Christum heredem, non [36] adjiciens oratorium, aut templum ullum, aut ipsum Dominum Jesum Christum ex semisse, vel aliis inæqualibus partibus, alium vero quempiam ex dimidia, vel alia portione jam enim in complura hujusmodi testamenta incidimus) cum videremus multam exinde incertitudinem secundum veteres leges exoriri. Nos hoc etiam emendantes sancimus; si quidem Dominum nostrum Jesum Christum scripsit [37] quis heredem vel ex asse, vel pro parte, manifeste videri ipsius [38] civitatis, vel castelli, vel agri, in quo

12. Hebdomadibus fatalem hominis vitam describit, Plato 81. Solon 70. annos tantum tribuit. Lucr. *de Solone. Ad Sol. 70. ibi epigram. Graium* 3. Vide *l. un. C. de caduc. tollend.* 13 *Nov. Leonis* 3. annos *de legatis.* Goth. Ergo dominium rei civitati, vel Ecclesiæ, aut in redemptionem captivorum legatæ, aut donatæ, ipso jure sine traditione transit. facit *l.* 23. *ff. de rei vindic.* confirmat Jason *hic num.* 4. 5. 7. *cap.* 2. *extr. de consuetud.* Bald. *lib.* 4. *Consil.* 86. Tiraquell. *de privileg. pia causa cap.* 13. 45. 46. & 107. *l.* 1. *& ibi Gloss. Cod. de Donat. quæ sub mod.* adde *l. Titia.* 64. *verb. recta via. ff. de furt.* Anf. 16 Vide *supr. h. t. in princ.*
17 Consule Bartolum *in l. tabularum. 6. si dubitetur. in princ. ff. quemadm. testam. aper.* Cardinalem *in Clem.* 1. *de reb. eccl. non alienand.* de homine autem centum & viginti annorum vide textum *in Auth. de monach.* 9. 1. & adi alia legis capita Ferrandum *explic. lib.* 2. *cap.* 2. & Pileum *quæst.* 133. 18 *C. placuit,* 15. *caus.* 16. *quæst.* 3. *& c. decennii, caus.* 16. *quæst.* 4. *c. nemo, quæst.* 3. *caus.* 16. *& can.* 3. *quæst.* 4. *can.* 5. 6. & 7.
19 *Novella* 9. Goth. An bene hic excipiat Ecclesiam Romanam? vid. Ritterth. *in expos. Nov. part.* 11. *cap.* 1. *n.* 10. *& seqq. & lib.* 4. *cap.* 14. *de differ. jur.* Ant. Adde Balb. *de præscript.* 1. *quæst. princip. quæst.* 1. & Pinell. *ad auth. nisi triennale. C. de bon. matern.* S. L.
20 Epitome interpretе Contio. 21 Imo non Constantinopolitana sed Romana, *l.* 3. *ibi: Reddentes honorem.* 3. *de summa Trinitate.* 22 *Altarum,* id est præter Romanam: *caput,* id est, ordine prima. ex *decret. concil. Constantinopolit. & Chalced. & c. decernimus* 16. *supr.* Vid. Grot. *ibr. ssarf. hic.* S. L. 23 Παροικικὸν δίκαιον. Jus Colonarium & παροικικὸν *de qua lic. Nov.* 7. *Nov. Leo.* 13. est libellaria alia ab emphyteusi. Libellaria venditio fit scriptura interveniente certo pretio, & hoc amplius, certis pensionibus quotannis in annos singulos, & hac plerunque lege, ut fiato conditoque tempore contractus renovetur numerato certo pretio vel arbitrario: Emphyteusis vero non folet renovari, non mutata possessore. Eadem emphyteusis sub lege melioranda præditi dicitur. Libellaria non item. Libellaria, in perpetuum; emphyteusis, ad tempus. In libellaria aliqui interpretes volunt commisso locum esse pœt biennium, fiet in locatione: in emphyteusi post triennium, vide Cuj. 1. *Feud. 2. fal. appo.* 24 Imo ultra permittitur, *dutient. perpetua* 7. *post l.* 14. *J. h. t.* 25 Vide *Nov.* 7. *c.* 3. 26 Epitome interpretе Contio.
27 De quibus dicam *J. tit. de numerar. adluar. & chart.* 28 Εἰς τὸ ἐνοίκιον. Sed Cujac. legit, εἰς τὸ λιγύστη 12. *observ.* 28. 29 Et allo casu centesimas. *J. h. t. & §. 7. J. h. t.* 30 Chartularii supernumerarii esse non debent. 31 Ἀνέγνων: non absimilis subscriptio imperatoria, de qua vide quæ notavi *ad conft. Justini de filiis literarum in africa.* 32 *Lege* Chartularii. 33 De quibus adde §. *J. supr. h. t.*
34 *Arcarii,* qui, dicam ad *titulum de susceptoribus, propositi* 3. *arcarii. infr.* 35 Dii heredes instituti fic apud Gentiles poterant, *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falc.* non quidem omnes sed certi. vid. Ulpian. 22. §. *deos.* 6. 36 Hinc ratio dubitandi fumitur. Videtur enim incerta institutio, ideoque nulla; certum enim esse debet conditum testantis. v. Ulp. 28. §. 4. 37 Vide *Nov. Emanuelis Comneni, c.* 2. 38 Piam in rem si quid teltator instituerit fieri, non adscripto loco, in ea civitate fiet, in qua teltator domicilium habuerit. *l.* 49. §. 2. *infr. de epifc. & cleric. Nov.* 131. *c.* 9. *l.* 32. *in fin. ff. de cond. & demonstrat.*

consti-

constitutus erat defunctus, Ecclesiam sanctissimam institutam esse heredem, & hereditatem peti debere per [1] Deo amantissimos ejus Oeconomos ex asse, vel pro parte, ex qua heres institutus est: Eodem obtinente & si legatum, vel fideicommissum relictum sit: ut ipsa competant sanctissimis ecclesiis ad hoc quidem, ut ad pauperum [2] alimoniam conferant. §. 1. Si vero unius ex Archangelis meminerit, vel venerandorum Martyrum, nulla facta ædis mentione: (quod quidem etiam novimus a quodam factum, qui ex Illustribus erat, & in omni verborum, & legum doctrina spectatissimus) si [3] quidem aliquis sit in illa civitate, vel vicinia ejus, venerabilis locus in honorem illius reverendissimi Archangeli, vel Martyris constructus, videri ipsum scriptum esse heredem; si vero nullus talis locus est in illa civitate viciniave ejus, tunc venerabilia loca, quæ in Metropoli ejus sunt, videri instituta: & si quidem in ipsa metropoli inventus fuerit, talis aliquis locus, illi proculdubio videri relictam, vel hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum: si vero illic nullus talis locus apparet, denuo Ecclesias, quæ in illo loco sunt, capere id debere. Sane sanctissimis [4] Ecclesiis omnes aliæ domus cedunt: nisi constet, defunctum aliud nomen sensisse & voluisse adjicere, & aliud dixisse: nam tale quid accidisse, & nos scimus in cujusdam Pontici testamento, & tunc etiam constitutum fuisse, ut contra [5] scriptum veritas obtineret. §. 2. Si autem testator certum locum non appofuerit, multa [6] autem templa ejusdem tituli aut nominis in illa civitate inventa fuerint, vel ejus vicinia, si quidem in aliquo illorum defunctus frequenter [7] versabatur, & majorem erga illud habebat affectionem [8], illi templo videri legatum relictum, si vero nihil tale invenietur, maxime ei templo ex multis ejusdem nominis videatur relictum legatum, vel hereditas, quod [9] est cæteris indigentius, & magis opis & eleemosynæ egens. Dat. 13. Kal. Novemb. CP. LAMPAD. & ORFST. VV. CC. CONSS. 530.

TIT. III.

DE EPISCOPIS [10], ET CLERICIS [11], ET ORPHANOTROPHIS [12], ET XENODOCHIS [13], ET BREPHOTROPHIS [14], PTOCHOTROPHIS [15], ET ASCETRIIS [16], ET [17] MONACHIS [18], ET PRIVILEGIIS [19] EORUM, ET CASTRENSI PECULIO [20], ET DE REDIMENDIS [21] CAPTIVIS, ET DE NUPTIIS [22] CLERICORUM VETITIS SEU PERMISSIS.

De novis collationibus. De hospitibus.

1. Imperator CONSTANTINUS A. clericis salutem dicit.

JUxta [23] sanctionem [24], quam dudum meruistis, & [25] vos & mancipia [26] vestra nullus novis [27] collationibus obligabit; sed vacatione gaudebitis: Præterea neque [28] hospites [29] fuscipietis [30]. Datum 6. Kalend. Sept. PLACIDO & ROMULO COSS. 343.

De muneribus sordidis, vel a negotiatoribus præstandis. 2. *De muneribus extraordinariis.* 3. *De parangariis.* 4. *De clericis, & eorum uxoribus, liberis, ministeriis.*

2. Imp. CONSTANTINUS [31] A. [& JUL. CÆS.] Felici epiſc.

OMnis [32] a clericis indebitæ conventionis injuria, & iniquæ [33] exactionis repellatur improbitas: nullaque conventio sit contra eos munerum sordidorum: Et cum [34] negotiatores [35] ad aliquam præstationem competentem vocantur, ab his universis istiusmodi strepitus conquiescat. Si quid enim vel parsimonia, vel provisione, vel mercatura [36] (honestati tamen conscia) congesserint; id in usum pauperum atque egentium ministrari oportet: At id quod ex eorundem ergasteriis [37] vel tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis existimet lucrum. §. 1. Verumetiam hominibus [38] eorundem, qui operam in mercimoniis habent, Divi Principis Genitoris mei statuta multimoda observatione caverunt, ut iidem clerici privilegiis pluribus redundarent. §. 2. Itaque extraordinariorum munerum a prædictis necessitas atque omnis molestia conquiescat. §. 3. Ad parangariam [39] quoque præstationem non vocentur [40] nec eorundem facultates atque substantiæ. §. 4. Omnibus clericis hujusmodi prærogativa succurrat, ut [41] & conjugia [42] clericorum ac liberi eorum quoque, [&] ministeria, id est, mares pariter ac fœminæ, eorumque etiam filii [& filiæ] immunes semper ab hujusmodi muneribus perseverent. Datum 9. Idib. Decemb. *Med.* Lecta 5. Kal. Jan. apud acta, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO CÆS. II. COSS. 357.

De collectis, exactionibus, angariis, parangariis.

Nova constitutio FRIDERICI Imperatoris de statut. & consuet. contra lib. Eccles. col. 10. §. item nulla. pag. 744.

ITem nulla communitas [43], *vel persona publica, vel privata collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, aut invadere Ecclesiastica bona præsumant: quod si fecerint: & requisiti ab* [44] *Ecclesia vel imperio, emendare contempserint, triplum* [45] *refundant: & nihilominus bona imperiali banno* [46] *subjaceant: quod absque* [47] *satisfactione debita nullatenus remittatur.*

De fiscalibus.

3. Idem A. & Cæs. ad Taurum præf. præt.

DE [48] his clericis, qui prædia [49] possident, fublimis auctoritas tua [50] non solum eos aliena juga [51] nequaquam ttatuet excusare: sed etiam pro his prædiis, quæ ab ipsis possidentur, eosdem ad pensitanda fiscalia [52] perurgeri; Universos namque clericos possessores duntaxat provinciales, pensitationes fiscalium, translationesque [53] faciendas recognoscere jubemus. Data epistola Prid. Kal. Jun. *Med.* CONSTANTIO A. X. & JUL. III. Cæs. CONSS. 360.

De officialibus rationalibus.

4. Idem A. ad Taurum P. P.

OFficiales [54] rationales [55]; si exhibitione cursus seu primipili [56] necessitate neglecta, interversa etiam ratione fiscali, ad clericatus honorem putaverint transeundum, ad priorem conditionem retrahantur. Si vero obnoxii [57] ratiociniis vel necessitatibus non sint: sub notione Judicum, Officiis consentientibus, si probabilis vitæ studium id postulaverit, transferantur, nec cessionem metuant facultatum [58]. Quod si clandestinis artibus putaverint irrependum, duas partes suarum rerum concedant liberis: aut si proles defuerit, propinquis: ex propria subsstantia portionem tertiam sibimet retenturi. Sin vero propinquorum necessitudo defuerit; geminæ portiones Officiis, in quibus militant, relinquantur: portione tantummodo tertia sibi retenta. Dat. 4. Kal. Sept. TAURO & FLOR. COSS. 361.

De curialibus aut officialibus. De Monachis.

In AUTHENT. de sanctis Episcop. sed neque curialem. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 15.

SEd [59] *neque curialem aut officialem, clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili clero fiat injuria* [60]. † *Si vero tales personæ in clero constituuntur, tanquam nec ad ordinationem pertractæ, propriæ fortunæ vestituantur; nisi monasticam forsitan vitam aliquis eorum non minus quindecim impleverit; tales enim ordinari præcipimus, quarta propriæ subsstantiæ sibi retenta, reliquis partibus curiæ & fisco vindicandis, si in clero constituti monasticam & decentem vitam impleverint.*

§. 1. *Sed si post Clericatus honorem aliquis eorum uxorem, aut concubinam acceperit, propriæ fortunæ reddatur, licet tali Ecclesiastico gradu teneba tur, in quo quis constitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem est & in omnibus aliis monachis, licet nudli fortunæ prius subjecti fuerint. Et generaliter quicunque in quolibet Ecclesiastico gradu constitutus, ad secularem* [61] *vitam redierit, honore nudatus, curiali fortunæ propriæ civitatis reddatur.*

Si quis sacratissimam virginem rapuerit, vel attentaverit.

5. Imp. JOVINIAN. [62] A. Secundo Præfecto Prætorio.

SI quis non dicam rapere, sed attentare [63] tantum jungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.

1 Œconomis competit actio ad petendā legata Ecclesiæ facta: œconomis respondent Ecclesiarum quæstores, provisores & matricularii, Galli *magnifiers.* 2 Res enim Ecclesiæ ad pauperes, ea ad divites pertinent. *caus.* 16. *quæst.* 1. *can. ult.* 3 Ex hoc loco & sequentibus nota legatum *D.* puta *Paulo*, deberi hoc ordine: Primum parochiali, dein urbano potius qu m extraneo, aut vicaneo, tum metropolitano. His deficientibus, ecclesiis urbanis alteriusque ordinis: & ita deficiu certi templi, nunquam deficit tale legatum. adde *l.* 20. *J. de epifc. & cleric.* 4 Nota sententiam. 5 Adde *l.* 4. *J. de testamentis.* 6 Ambiguitas collenda quantum fieri potest, ut actus fir in tuto. vide *l.* 222. *ff. de verb. obligat.* 7 Cur ita? Ea quæ sunt consuetudinis & moris, confideari oportet *l.* 31. §. 20. *ff. de adilitio edict. l.* 50. *in fin. ff. de legat.* 1. 8 Ex frequenti conversitione major affectio colligitur *l.* 4. *J. de cast. pecul.* 9 In dubio favendum pauperiori, *Nov.* 131. *c.* 9. *in fin. l.* 49. §. 5. *J. tit. prox.* 10 *L.* 16. *C. Theod.* 2. *Nov.* 123. Episcopi, primicerii presbyterorum, apices & principes omnium, Optato. adde *l.* 6. *J. tit. prox.* iisdem *sacerdotes* dicuntur 3. *Eccl.* 1. *& l.* 7. *l.* 18. *J. h. t.* Goth. Nomen Episcopi est nomen sollicitudinis & curæ: Ἐπισκοπὴ enim est speculari vel intenere. Episcopi sunt speculatores morum & religionis populorum. *cap.* 1. *distinct.* 21. Ant. 11 *Synopsis Basilicon* 3. *c.* 1. *Nov.* 123. *cap.* 19. Clerici dicuntur, qui divino cultui ministeria religionis impendunt, *l.* 2. *C. Th. de epifc.* que lex exstat apud Eusebium *lib.* 10. Hujusmodi sunt presbyteri, diaconi utriusque ordinis, subdiaconi, archidiaconi, lectores divine scripturæ, exorcistæ, obliarii, psaltæ: & Hermiæ *lib.* 5. ὑποθέσεις, i. e. monitores vel potius interpretes, ut apud Nicetam, qui omnes etiam ministri divinæ legis in constitutionibus dicuntur: ab iis separantur juvenes, seu scolythi. vide *l.* 6. *J. h. t.* Parabolani, vide Cujac. *Nov.* 3. Qui nullum habent clericorum ἀξίωμα, plebei appellantur, & laici, *Lays.* Tertullianus *lib. de exhortat. ad castitatem.* Differentiam, inquit, inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas.
12 Orphanotrophia, Xenodochia, *ptochotria, & brephotria*, & male: nec etiam hic agitur de rebus (de quibus dictum est titulo superiori) sed de personis. Qui sint *orphanotrophi*, vide *l.* 32. *J. h. t.* 13 *Xenodochi*, qui advenas excipiunt, *l.* 49. §. 3. *J. h. t.*
14 *Brephotrophi*, qui infantes recentesque a partu expositos, aut carentes parentibus natos alebant, *l.* 19. *l.* 22. §. *tit. prox. Eo jure trouvez.* Plurima in eum finem Lutetiæ loca constituta funt xenodochia. 15 *Ptochotrophi d. l.* 19. *l.* 22. qui pauperes alunt.
16 *Ascetria*, persone devote sacris meditationibus: quod institutum Majorianus *Nov. de sanctim. & viduis* vocat philosophiam: vocatur a Nazianzeno & Hermia μακαρία φιλοσοφία. vide Cujac. *hic.* 17 Monachi alii sunt ab afcetriis, ut alterorum aliud a monasterio *l.* 54. *J. h. t.* 18 De quibus vide *l.* 26. *J. de decurionibus,* 19 *l.* 33. §. 7. *J. h. t.* 20 *l.* 20. *l.* 50. *J. h. t. Novell.* 123. *cap.* 19. 21 *l.* 28. *l.* 46. §. 1. *J. h. t.* 22 *l.* 2. §. 4. *l.* 19. *J. h. t.* 23 *l.* 7. *C. Theod. h. t. Synopsis Basilicon*, 54. *tit.* 2. *ex lib.* 3. *tit.* 3. *cap.* 5. 24 *l.* 5. *J. tit. prox.* 25 Clerici & eorum mancipia novis collationibus ne graventur: fed nec metata præbent. 26 Id eft, familia, de qua vide *hic* Baldi. 27 *l.* 6. *quæst. i. can. generaliter.* 20. §. *novarum*, id eft, extraordinarias, *l.* 3. §. 2. *J. h. t.* 28 Μὴ ἐστιάτωρ ἐκδέχεσθαι, *Synopsis ibid.* 29 *cap. I. in fin. extra. de jure immunit.* 30 Id non fervatur in Gallia. Bingnion *ad articulos libr. Ecclesiæ* 3. *Ludovici* 1. *c.* 13. Cujac. 5. *obf.* 25. *l.* 1. *ff. ad leg. Corn. de Sicar.* Goth. Non punitur conatus, nifi in crimine læsæ majestatis. Barbat. *vol.* 2. *consil.* 23. *num.* 17. Farinac. *prax. criminal. quæst.* 17. *num.* 49. *& quæst.* 30. *num.* 31. *& quæst.* 28. *n.* 2. Elt tamen Canonistæ hæc lex *can.* 6. *de fornicatio*, *quæst.* 1. Ant.